


BOLETIN  OFICIAL

DEL
OBISPADO DE LEÓN

SUMARIO.—Constitución Apostólica promulgando el nuevo código de Derecho Canónico.—Edicto para la provisión de una Canongía en la S. I. Catedral.—Edicto para la provisión de becas en el Seminario C. de San Froilán.—Anuncio de becas en la Universidad Pontificia de Burgos. Edicto del Provisorato.—Postulación en favor de los Ancianos Desamparados.—Normas de la Sagrada Congregación Consistorial para la PREDICACION DE LA DIVINA PALABRA.—Ejercicios del Clero.—Suscripciones.—Asociación de Sufragios.—Necrología.—Bibliografía.

Publicación del Código Canónico

VENERABILIBVS FRATRIBVS ET DILECTIS FILIIS
PATRIARCHIS, PRIMATIBVS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS
ALIISQUE ORDINARIIS AC PRAETEREA CATHOLICARVM
STVDIORVM VNIVERSITATVM AC SEMINARIORVM
DOCTORIBVS ATQVE AVDITORIBVS

BENEDICTVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Providentissima Mater Ecclesia, ita a Conditore Christo constituta, ut omnibus instructa esset notis quae cuilibet perfectae societati congruunt, inde a suis primordiis, cum Dominico obsequens mandato, docere ac

regere omnes gentes incepit, aggressa est iam tum sacri ordinis virorum chistianaque plebis disciplinam datis legibus moderari ac tueri.

Procedente autem tempore, praesertim cum se in libertatem vindicavit et per maiora in dies incrementa latius ubique est propagata, ius ferendarum legum proprium ac nativum evolvere atque explicare nunquam destitit, mutiplici ac varia decretorum copia per Romanos Pontifices et Oecumenicas Synodos, pro re ac tempore promulgata. Hisce vero legibus praeceptisque tum cleri populique Christiani consuluit regimini sapienter, tum ipsam, ut historia testatur, rei publicae utilitatem civilemque cultum mirifice provexit. Neque enim solum barbararum gentium leges curavit Ecclesia abrogandas ferosque earum mores ad humanitatem informandos, sed ipsum quoque Romanorum ius, insigne veteris sapientiae onumentum, quod *ratio scripta* est merito nuncupatum, divini luminis auxilio freta, temperavit correctumque chistiane perfecit, usque adeo ut, instituto rectius ac passim expolito privato et publico genere vivendi, sive aetate media sive recentiore materiam legibus condendis satis amplam paraverit.

Verum enimvero, quod ipse fel. rec. Decessor Noster Pius X. Motu proprio «*Arduum sane*», d. XVI Kal. Apr. a MCMIV edito, sapienter advertit temporum conditionibus hominumque necessitatibus, prout rerum natura fert, immutatis, ius canonicum iam suum finem haud expedite persequi omni ex parte visum est. Saeculorum enim decursu, leges quamplurimae prodierant, quarum nonnullae aut suprema Ecclesiae auctoritate abrogatae sunt aut ipsae obsoleverunt; nonnullae vero aut pro conditio-

ne temporum difficiles ad exsequendum, aut communi omnium bono minus in praesenti utiles minusve opportuna evaserunt. Accedit etiam, quod leges canonicae ita número creverant, tam disiunctae dispersaeque vagabantur, ut satis multae peritissimos ipsos nedum vulgus, laterunt.

Quibus de causis, idem fel. rec. Decessor Noster, statim ac Pontificatum suscepit, secum ipse reputans quanto foret usui, ad disciplinam ecclesiasticam restituendam, firmandam, si gravibus illis, quae supra enarravimus, incommodis sollicite mederetur, consilium iniit universas Ecclesiae leges, ad haec usque tempora editas, lucido ordine digestas in unum colligendi; amotis inde quae abrogatae iam essent aut obsoletae; aliis, ubi opus esset, ad nostros praesentes mores opportunius accommodatis (1); aliis etiam, si quando necesse esse aut expedire videretur, ex novo constitutis. Rem sane perarduam post maturam deliberationem aggressus, cum sacrorum Antistites, *quod Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*, eadem super re consulere eorumque mentes plane cognoscere omnino oportere iudicasset, primum omnium id curavit ac voluit, ut Cardinalis a Publicis Ecclesiae Negotiis, datis litteris ad VV. FF. singulos Catholici Orbis Archiepiscopos, iisdem committeret ut «auditis» Suffraganeis suis aliisque, si qui essent, Ordinariis qui »Synodo Provinciali interesse deberent, quamprimum »huic Sanctae Sedi paucis referrent an et quaenam in »vigenti iure canonico, sua eorumque sententia, immu-

(1) Cf. Motu proprio «*Arduum sane*».

stantiatione vel emendatione aliqua prae ceteris indigerent (1).

Postea, compluribus viris disciplinae canonum peritissimis sive e Urbe Roma sive variis e nationibus in consortium laborum accitis, mandatum dedit dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, tum Archiepiscopo Caesariensi, ut Consultorum operam dirigeret, perficeret ac si opus esset, suppleret Coetum deinde, sive, ut aiunt, *Commissionem* S. R. E. Cardinalium constituit, in eam que cooptavit Cardinales Domicum Ferrata, Casimiram Gennari, Beniaminum Cavicchioni, Ioseph Calasanctium Vives y Tutó et Felicem Cavagnis, qui, referente eodem dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, paratos canones diligenter perpendere eosque, iudicio suo, immutarent, emendarent expolirent (2). Cum autem quinque ii Viri, alius ex alio, obiissent, in eorum locum suffecti sunt dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales Vincentius Vannutelli, Caietanus De Lai, Sebastianus Martinelli, Basilius Pompili, Cayetanus Bisleti, Gulielmus Van Rossum, Philippus Giustini et Michael Lega, qui mandatum sibi negotiom egregie expleverunt.

Postremo, prudentiam auctoritatemque cunctorum in Episcopatu venerabilium Fratrum iterum exquirens, ad ipsos itamque ad omnes Regularium Ordinum Praelatos, quotquot ad Oecumenicum Concilium legitime vocari solent, novi Codicis iam digesti et adornati, antequam promulgaretur, singula ad singulos exemplaria mitti

(1) Cf. Epistolam «*Pergratum mihi*» die 25 Martii 1904.

(2) Cf. Motu proprio «*Arduum sane*».

iussit, ut suas quisque animadversiones in paratos canones libere patefacerent. (1).

Verum, cum interea immortalis memoriae Deccessor Noster, complorante Catholico Orbe universo, de vita decessisset, id contigit Nobis, Pontificatum secreto Dei consilio ineuntibus, ut Ecclesiae Nobiscum docentis sic undique collecta suffragia debito cum honore exciperemus. Tum demum novum totius canonici iuris Codicem, iam pridem in ipso Concilio Vaticano a pluribus sacrorum Antistitibus expetitur, et abhinc duodecim solidos annos inchoatum, in omnes suas partes recognovimus, approbavimus, ratum habuimus.

Itaque, invocato divinae gratiae auxilio, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, motu proprio, certa scientia atque Apostolicae, qua aucti sumus, potestatis plenitudine, Constitutione hac nostra, quam volumus perpetuo valituram, praesentem Codicem, sic ut digestus est *promulgamus, vim legis posthac habere pro universa Ecclesia decernimus, iubemus, vestraeque tradimus custodiae ac vigilantiae servandum.*

Ut autem omnes, ad quos pertinet, probe perspecta habere possint huius Codicis praescripta antequam ad effectum adducantur, edicimus ac iubemus ut ea vim obligandi habere non incipiant nisi a die Pentecostes anni proxime venturi, idest a die decima nona mensis Maii millesimi non gentesimi duodevicesimi.

Non obstantibus quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali atque individua

(1) Cf. Epistolam «*De mandato*» die 20 Martii 1912.

mentionem dignis, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus ceterisque contrariis quibusvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis expressaeque quomodolibet voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum die festo Pentecostes anno millesimo nongentesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri tertio.

PETRUS CARD. GASPARRI
a Secretis Status

O. CARD. CACIANO DE AZEVEDO,
S. R. E. Cancellarius



EDICTO

Nos el Dr. D. José Alvarez Miranda,

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓ-
LICA, OBISPO DE LEÓN, CONDE DE COLLE, SEÑOR DE LOS
LUGARES DE LAS ARRIMADAS Y VEGAMIAN, ETC., ETC.

Hacemos saber: Que por promoción del M. I. Señor Dr. Francisco de P. Parés a la dignidad de Arcipreste de la de Córdoba, se halla vacante en Nuestra Santa Iglesia Catedral una Canonjía cuya provisión corresponde a la Corona, previa oposición, en conformidad al Real decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888 y Real orden de 14 de Febrero de 1891.

Por tanto llamamos por el presente a todos los que, siendo presbíteros, o estando en condiciones de serlo *intra annum adeptae possessionis*, deseen mostrarse opositores, para que en el término de cuarenta dias, contados desde la fecha de este edicto y que Nos reservamos prorrogar, si lo juzgásemos conveniente, presenten en nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno sus solicitudes acompañadas de la fe de bautismo, certificado de estudios, título de Ordenes, y los extradiocesanos testimoniales de sus respectivos Ordinarios. Los Regulares presentarán además la competente habilitación,

Los que fueren admitidos a esta oposición practicarán los ejercicios siguientes:

1.º Disertar en latín por espacio de una hora con puntos de veinticuatro, sobre el que cada cual eligiere de tres sacados por suerte de los cuatro libros del Maestro de las Sentencias y responder, acto seguido, a dos argumentos de media hora cada uno, que les serán propuestos.

2.º Argüir dos veces o más, si fuere necesario, en latín y forma silogística por espacio de una hora en cada una de ellas.

3.º Predicar durante una hora con puntos de veinticuatro sobre un capítulo de los Santos Evangelios que eligiere entre los que designe la suerte, previo los tres piques de costumbre.

4.º Contestar por escrito y en el término de cuatro horas, al cuestionario que sobre Liturgia proponga el Tribunal.

Censurados los ejercicios de oposición formará el Tribunal la terna procedente, que elevaremos a S. M. para que elija entre los propuestos al que estime más conveniente al servicio de Dios y utilidad de esta Santa Iglesia.

El que fuere elegido, sobre las obligaciones comunes a todos los canónigos de esta Santa Iglesia, tendrá la especial de ejercer el cargo de Prefecto de Ceremonias con sujeción a lo dispuesto en los Estatutos Capitulares,

y además predicar en cada año tres sermones de los de tabla, carga que hemos impuesto a esta canonjía después de oír el parecer de Nuestro Excmo. Cabildo, con arreglo a lo dispuesto en el art. 2.º del citado Real decreto.

Dado en Nuestro Palacio Episcopal de León, firmado de Nuestra mano, sellado con el mayor de nuestras armas y refrendado por nuestro Secretario de Cámara y Gobierno a veinticuatro de Julio de mil novecientos diez y siete.

† JOSÉ, OBISPO DE LEÓN.

Por mandado de S. S. I. el Obispo mi Señor
Lic. Felipe García Alvarez
PERO -SECRETARIO

EDICTO convocando a oposición de una Canonjía de la Santa Iglesia Catedral de León con término de cuarenta días que expiran en 2 de Septiembre próximo.



Edicto para provision de becas

Nos el Dr. D. José Alvarez Miranda,

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA, OBISPO DE LEÓN, CONDE DE COLLE, SEÑOR DE LOS LUGARES DE LAS ARRIMADAS Y VEGAMIÁN, ETC., ETC.

Hacemos saber: Que en nuestro Seminario Conciliar de San Froilán se hallan vacantes las siguientes becas, que según las cláusulas de las fundaciones, se han de proveer en la forma siguiente:

1.^a Una beca fundada por D.^a Margarita de Modino (q. e. p. d.), a la que podrán aspirar en primer lugar, los descendientes legítimos de D. Esteban y D. Isidro Fernández Modino, siendo preferido el de parentesco más próximo con el fundador, y en igualdad de circunstancias Nos elegiremos libremente, y en segundo lugar cualesquiera pariente de los expresados D. Esteban y D. Isidro, debiendo ser igualmente preferido, el más próximo, y en caso de igualdad, Nos lo mismo elegiremos libremente.

2.^a Otra beca fundada por D. Hilario García Fernández, párroco que fué de Santiago de las Villas, y a la que podrán aspirar: 1.^o los parientes del fundador, siendo preferido el de grado más próximo y en igualdad de parentesco el que reúna mejores condiciones de talento,

virtud y aplicación; 2.º los naturales de la parroquia de Abelgas; 3.º los naturales de la de Santiago de las Villas; 4.º los descendientes legítimos de D. Domingo, D.^a Valentina y D.^a Filomena Alvarez (hermanos del heredero fideicomisario) debiendo ser preferido el más pobre; 5.º los parientes de D. Angel Alvarez, y preferentemente el más pobre; 6.º los naturales de la parroquia de Benllera y 7.º los naturales de la de Cuadros.

3.^a Una de las becas fundadas por el Excmo señor D. Francisco Gómez Salazar (q e. p. d), y a la que podrán aspirar: 1.º los parientes del fundador, sin distinción de líneas, siendo preferido el más próximo y en igualdad de parentesco Nos elegiremos libremente; y 2.º a falta de los anteriores, los naturales de esta Diócesis de León, siempre que sean pobres y hayan cursado por lo menos primer año de Filosofía y obtenido, sino mayor, la calificación de Benemeritus, en cuyo caso se adjudicará la beca previa oposición entre los aspirantes que reúnan las condiciones de este segundo llamamiento. Los agraciados con esta beca que lleguen a ser presbíteros deberán (aunque sin obligación estricta) rogar a Dios por el alma del fundador y aplicar cada año una misa el día 4 de Octubre, festividad de San Francisco.

4.^a y 5.^a Dos becas fundadas por el Rvdo Presbítero D. Lorenzo González Alvarez, natural de Rioseco de Tapia y párroco que fué de Adrados (Oviedo), y a las que podrán aspirar: 1.º los parientes consanguíneos del fundador, siendo preferidos en igualdad de circunstancias los de grado más próximo; 2.º en defecto de los primeros, los que acrediten ser naturales de los pueblos de Rioseco de Tapia y Riocastrillo en el obispado de Oviedo, y 3.º

en defecto de unos y de otros, los descendientes de los que fueren naturales de dichos dos pueblos de Rioseco de Tapia y Riocastrillo, siendo preferidos en igualdad de circunstancias los más adelantados en los estudios y los más pobres, resolviendo Nos en caso de duda. Es condición para optar al disfrute de estas becas el tener cursados y aprobados los cuatro años de Latín y Humanidades, quedando obligados en conciencia los becarios, que la mayor parte de la carrera hayan disfrutado las pensiones de las mismas, a aplicar después que fueren promovidos al Presbiterado, durante su vida, siete Misas anuales, por el alma y obligaciones del fundador.

6.^a Otra beca fundada por el Rvdo. Presbítero don Matías Lucas García, (q. e. p. d.) párroco que fué de Villalpando, a la que podrán aspirar los descendientes legítimos de los sobrinos del fundador, D. Adolfo Lucas Novoa y D. Pedro Lucas Novoa, vecinos de Carrizal (Ayuntamiento de la Vega de Almanza).

7.^a Otra beca fundada por el Rvdo. Presbítero don Tomás Antonio Herrero (q. e. p. d.) párroco que fué de Sahelices del Rio y a la que podrán aspirar: 1.^o los hijos legítimos de D. Dámaso, doña Francisca y doña Juliana Herrero, vecinos de Sahelices del Rio y Valdescapa, sobrinos carnales y herederos del fundador; 2.^o en defecto de los dichos, los parientes en general del fundador, debiendo ser preferido en igualdad de circunstancias el de más próximo parentesco, a juicio de Nos; y 3.^o en defecto de unos y de otros, los naturales de las Villas de Prioro, Sahelices del Rio y Acevedo. Es condición para optar a esta beca el haber cursado y aprobado los cuatro años de Latín y Humanidades. El agraciado con la misma deberá

satisfacer al Seminario la cantidad que falte para completar el importe de la pensión, en la sección de S. Froilán, en atención a hallarse insuficientemente dotada esta beca.

8.^a Otra beca fundada por el Rvdo Presbítero don Andrés González Llanera, (q. e. p. d.) párroco que fué de Canseco, y a la que podrán optar los juvenes naturales de la parroquia de Canseco, por corresponder a ellos en esta provisión el turno del llamamiento; y a falta de estos pueden aspirar los naturales de la parroquia de Villacil, siendo en uno y otro caso preferidos los que a juicio de Nos reúnan mejores condiciones; y en defecto de unos y de otros Nos libremente aplicaremos los frutos de esta fundación. El agraciado con esta beca deberá satisfacer al Seminario la cantidad que falte para completar el importe de la pensión, en la sección de San Froilán, por hallarse insuficientemente dotada.

9.^a Una media beca fundada por doña Dolores Alvarez González, vecina de esta Ciudad de León, a la que podrán aspirar: 1.^o, todos los ahijados de la fundadora; 2.^o, los descendientes de estos ahijados; 3.^o, los parientes de la fundadora, y los descendientes de los mismos, excepción hecha de su sobrino Dionisio Fernández y su descendencia. 4.^o, los naturales de la Ciudad de León. 5.^o, los naturales de la provincia de León, siendo preferidos los Diocesanos, y entre estos los demás pobres los huérfanos e hijos de viuda. Los que habiendo disfrutado los beneficios de esta fundación durante la mayor parte de su carrera, lleguen a ser sacerdotes, tendrán obligación de aplicar por el alma de la fundadora y por sus obligaciones, tres Misas cada año. Los agraciados con

esta fundación perderán todo derecho a poseerla y serán privados de ella desde el momento en que llegaren a perder dos veces curso académico.

10.ª Una de las tres pensiones, a disfrutar en la sección de San Isidoro de este Seminario, fundadas por el Rvdo. Presbítero D. Tomás González Martín, natural de la parroquia de Villarmienzo, y a la que podrán aspirar: 1.º los parientes del fundador, siendo preferidos los de parentesco más próximo y en igualdad de circunstancias los más pobres, o los que Nos estimemos más conveniente elegir; 2.º los que acrediten ser naturales de la parroquia de Villarmienzo; 3.º a falta de unos y otros los naturales del Arciprestazgo de Loma de Saldaña; y 4.º a falta de los anteriores Nos designaremos libremente. El agraciado con esta pensión pagará por su cuenta la diferencia entre el producto de la misma y la pensión fijada para los alumnos de la sección de San Isidoro, en la que será disfrutada.

Los que tengan derecho a las mencionadas becas, deberán presentar a Nos por medio del Sr. Rector del Seminario, antes del 20 de Agosto, una solicitud, acompañada, del árbol genealógico, que demuestre el grado de su parentesco con el fundador, y las certificaciones que justifiquen este entronque; en la inteligencia que los solicitantes han de reunir además los requisitos comunes que exige el art. 158 del Reglamento de Nuestro Seminario, el cual dice: «Para ser admitido por vez primera en el Seminario, como alumno interno o externo, se requieren las siguientes condiciones; 1.ª ser hijo de legítimo matrimonio; 2.ª tener la edad competente; 3.ª haber observado buena conducta moral y religiosa, dando señales de

vocación al estado eclesiástico; 4.^a estar suficientemente instruido en los conocimientos de la primera enseñanza, y 5.^a estar vacunado, no padecer enfermedad crónica o contagiosa, ni tener deformidad física que repugne al estado eclesiástico».

León 24 de Julio de 1917.

† JOSÉ, OBISPO DE LEÓN

Por mandado de S. Sría. Ilma.

el Obispo mi señor

Lic. Felipe García Alvarez,

PBRO.-SECRETARIO

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE BURGOS

Anuncio de becas

Se anuncia la provisión de varias becas enteras en estudiantes pobres, de buena salud corporal, muy virtuosos, de gran talento y de decidida vocación eclesiástica.

Podrán aspirar a ellas todos los estudiantes españoles, aun los que se sientan con vocación para ejercer el ministerio en Ultramar o en las altas misiones de la Propaganda Fide.

En igualdad de circunstancias serán preferidos 1.^o los naturales de Vitoria de Rioja, y 2.^o los de la Diócesis de Burgos y de Calahorra y la Calzada conjunta e indistintamente, dando entre ellos la prelación a los más probados, o sea, a los que ya hubiesen emprendido sus estudios y estuviesen más adelantados en los mismos.

Los extradiocesanos no adquieren compromiso alguno con esta Diócesis, y siguen sugetos a su Prelado respectivo,

El plazo para presentar las solicitudes terminará el 31 de Agosto y se dirigirán al M. I. Sr. Rector de la Universidad Pontificia de Burgos.

Indicarán en la solicitud el Seminario, Centro docente o Escuela nacional o particular donde hayan hecho sus estudios, y si en la prueba de ellos han obtenido la calificación de Sobresaliente.

Cuando sean avisados para que se presenten a sufrir el examen, previo a la adjudicación de la beca, deberán presentar el competente permiso de su Obispo u Ordinario, si fuesen extradiocesanos, certificación de los estudios que hubieren hecho, de buena conducta y de buena salud.

Se avisará antes del día 15 de Septiembre a los que sean elegidos para sufrir dicho examen, para el cual habrán de presentarse el día 25 del mismo Septiembre.

Los agraciados, para que puedan serlo definitivamente, habrán de sufrir antes el examen o pruebas que se crean oportunas según las circunstancias.

Para formar el mejor profesorado posible, podrán ser enviados a estudiar en Universidades u otros Centros nacionales o extranjeros los estudiantes más sobresalientes y que mayores disposiciones y preparación demuestren para aprender profundamente y enseñar alguna ciencia o disciplina especial, a fin de que, bien perfeccionados en sus estudios, puedan después explicarlos en la Universidad Pontificia de Burgos o en otro Seminario.

Burgos 10 de Julio de 1917

El Gran Cancelario.

Provisorato y Vicaría general del Obispado de León

EDICTO

Por el presente se cita, llama y emplaza a D. Angel Calleja López, vecino que fué de esta Ciudad y hoy ausente en ignorado paradero, para que en el término de quince días, contados desde la inserción del presente en el BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO, comparezca a otorgar o negar su consentimiento a su hija Ester Calleja Martínez para el matrimonio que tiene proyectado contraer con Ricardo Sevillanos Redondo, natural de Oviedo, residente como súbdito castrense en esta Capital; apercibiéndole que, de no efectuarlo dentro del término señalado, se procederá a lo que hubiere lugar en derecho. Dado en León a veintiocho de Julio de mil novecientos diez y siete.—Dr. Ricardo Canseco.—Por mandado de Su Sría. Licenciado, Matías González Lafuente.

SECRETARÍA DE CAMARA Y GOBIERNO

Postulación en favor de los Ancianos Desamparados.

Se ha expedido la oportuna autorización a las Religiosas del Asilo de Ancianos Desamparados de esta Ciudad, para que en la Diócesis puedan hacer postulaciones para el sostenimiento de sus Asilados. A este efecto se exhorta y suplica a todos los Rvdos. párrocos y encargados de parroquia, que a la presentación, por las Religiosas citadas, de la licencia que S.S. Ilma. concedió, les presten su auxilio, concurso y ayuda, cooperando así a una obra altamente caritativa, que Dios Nuestro Señor premiará.

León 26 de Julio de 1917.

Lic. Felipe García Alvarez,

PERO.-SECRETARIO.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS NORMAE

PRO SACRA PRAEDICATIONE

Ut quae Beatissimus Pater nuper in Encyclicis Litteris *Humani generis redemptionem* de sacra praedicatione docuit ac praestituit ad praxim facilius deducantur, Eminentiissimi Patres S. C. Consistorialis praepositi, ipso Summo Pontifice plene adprobante, sequentes sancivere normas, quibus Rmi. locorum Ordinarii uti debeant ut tuto in re tam gravi procedant; easque eadem Sanctitas Sua statim executioni mandandas praecipit, quo scilicet quod Apostolus nominat *ministerium verbi* eos afferat fructus in tuitionem ac propagationem fidei christianaque vitae custodiam, quales et divinus Magister Christus intendit et catholica Ecclesia sibi iure promittit.

CAPUT. I.

A quibus et qua ratione praedicatores Verbi Dei sint eligendi.

1. Rmi. locorum Ordinarii illud ante omnia semper praee oculis habeant, quo Sacra Tridentina Synodus, anteriores praescriptiones innovans ac perstrigens, cap IV, sess. 24, *De Reform*, sancit; ubi, postquam monuit *praedicationes munus Episcoporum praecipuum* esse, sic sequitur: *Mandat* (S. Synodus) *ut in Ecclesia sua ipsi* (Episcopi) *per se, aut, si legitime impediti fuerint, per eos quos ad praedicationes officium assumunt; in aliis autem Ecclesiis per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab Episcopis*

(impensis eorum qui eas praestare aut tenentur vel solent) deputandos, in civitate aut in quacumque parte dioecesis censebunt expedire, saltem dominicis et solemnioribus diebus festis sacras Scripturas divinamque legem annuntient. Nullus autem saecularis sive regularis, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo, praedicare praesumat.

Quod plane in noxo ecclesiastico Codice confirmatur can. 1327, 1328 et 1337.

2 Cum igitur ad Episcopum loci Ordinarium praedicandi munus praecipue spectet, cumque ad eundem pertineat *assumere ac deputare* qui ipsum substituunt proque ipso suppleant in hoc gravissimo ministerio, etiam specificè in casu quo praedicationis impensae, aut ex iure aut ex consuetudine, ab aliis sint persolvendae; nullus nec valide nec licite eligere aut advocare concionatorem quempiam etiam pro ecclesia propria; nullusque de clero sive saeculari sive regulari, huiusmodi inventionem licite acceptare poterit, nisi intra limites ac modos in sequentibus articulis statutos.

3. Porocho, vi missionis habitae in eorum electione, sicut ad confessiones excipiendas habilitantur, ita etiam facultate concionandi gaudent, salva quidem lege residentiae salvisque conditionibus ceteris, quas Ordinarius necessario vel utiliter apponendas censuerit. Idem de Canonico Theologo dicendum quoad lectiones Scripturae sacrae.

4 In reliquis casibus universis, ad praedicandum populo fidelium in publicis templis vel oratoriis, etiam regularium, et a sacerdotibus etiam regularibus, necesse est ut facultas obtineatur ab Ordine dioecesis.

5. Huiusmodi facultas, ad normam eorum quae in Codice praescribuntur can. 1341, § 1 et 2, petenda est:

a) a prima Capituli dignitate, audito tamen Capitulo, pro praedicationibus, quae ex lege vel voluntate Capituli fiant in ecclesia propria;

b) a Superiore regulari, servatis respective Ordines vel Congregationis regulis, pro ecclesiis religionum clericalium;

c) a paracho pro ecclesia parochiali aliisque ecclesiis ab ea dependentibus;

d) et si agatur de paracho ecclesiae spectantis ad Capitulum vel ad Ordinem religiosum, ab eodem paracho pro concionibus quae ab ipso pendent, secluso Capituli vel religionis interventu;

e) a sacerdote primicerio vel capellano confraternitatis cuiuslibet pro ecclesia propria;

f) a sacerdote ecclesiae rectore, qui quae sacras ibidem functiones de iure peragit, pro omnibus ecclesiis aliarum corporationum moralium, non clericalium, aut religionum laicalium, monialium, privatorum.

6. Ad tramitem decisionum S. C. Concilii in *Sutrina*, 8 maii 1688, et in *Ripana*, 21 maii 1707, qui praedictam facultatem postulat, debet tantum concionatoris nomen proponere, idque subordinate ad beneplacitum Ordinarii, qui solus uti potest verbis *eligimus et deputamus ad postulationem* N. N., etc.

7. Postulatio ad obtinendum concionatorem aliquem facienda est tempore utili et opportuno, ut Ordinarius commode queat informationes necessarias de eiusdem persona habere (Codic., can. 1341, § 2): hoc autem tempus, generatim loquendo, haud erit inferius duobus mensibus, uti

iam statuit S. C. Concilii in *Theanen.*, 19 aprilis 1728 et 30 aprilis 1729; salva tamen Episcopis facultate tempus aliud statuendi etiam brevius pro genere et gravitate praedicationes et pro qualitate concionatoris, dioecesani vel extradioecesani.

8. Quicumque, obligatione petendi facultatem posthabita, sacerdotem quempiam ad concionandum invitaverit; itemque sacerdos quilibet, qui tali modo invitatus scienter acceptarit et concionatus fuerit, puniendi sunt ab Ordinario poenis eius arbitrio statuendis, non exclusa suspensione a divinis.

9. Facultas praedicandi, quando agitur de concionatore extradioecesano, scripto tribuenda erit, designato etiam loco et genere praedicationis, pro quibus concessa fuerit.

10. Ordinarii, *onerata graviter eorum conscientia*, facultatem concionandi nemini concedent, nisi prius ipsis constiterit de illius pietate, scientia et idoneitate, secundum praescriptiones quae sequenti capite tradentur: si vero agitur de sacerdotibus extradioecesanis vel de religiosis cuiusquam Ordinis, nisi prius respectivum Ordinis, nisi prius respectivum Ordinarium et Superiorem interpellaverint ac responsionem favorabilem habuerint.

11. Ordinarius et Superior regularis, qui ab alio Ordinario de informationibus interrogati fuerint circa pietatem, scientiam atque idoneitatem ad praedicandum cuiuspiam eorum subditi, tenentur *sub gravi* eas pro veritate tradere, secundum scientiam et conscientiam prout in can. 1341, § 1, novi Codicis praescribitur. Ordinarius vero qui illas recipit, tenetur eisdem se conformare, secretum de acceptis notitiis absolute servando.

12. Ordinarius qui, ob informationes ut supra acceptas aut aliam ob causam, consuerit in Domino concionandi facultatem alicui denegare, sufficit ut idipsum petenti facultatem significet quin aliud addat, *soli Deo rationem de sua sententia redditurus.*

CAPUT. II.

Quo pacto constare debeat de idoneitate concionatoria.

13. Generatim loquendo, sicut ad tribuendam sacerdoti cuiusvis facultatem pro ministerio excipiendi fidelium confessiones Ordinarii arctissimi obligantur certitudinem acquirere de eius idoneitate et culpa se innexos reputarent si ad tantum munus admitterent qui moribus foret indignus, vel scientiae debitae defectu incapax; ita et non aliter iidem Ordinarii debent se gerere, antequam aliquem assumant et destinent ad ministerium verbi.

14. Medium ordinarium ad dignoscendam cuiuspiam idoneitatem ad praedicationis officium, praesertim quoad scientiam et quoad actionem, est examen o candidato voce et scripte subeundum coram tribus examinadoribus, qui arbitrio Ordinarii possunt seligi vel inter examinadores synodales vel etiam inter sacerdotes extradioecesanos, aut etiam e clero regulari.

Cognita autem idoneitate quoad scientiam et actionem, vel etiam in antecessum, haud minori studio, imo etiam maiori, inquiret Ordinarius num idem candidatus pietate, honestate morum et publica aestimatione dignus sit qui verbum Dei evangelizet.

15. Pro huiusmodi duplicis examinis exitu, poterit Ordinarius candidatum declarare idoneum aut generatim aut pro aliqua solummodo praedicationis specie, ad temt

pus vel ad experimentum et certis sub conditionibus, aut absolute et non in perpetuum, dando illi *pagellam* praedicationis, ea omnino ratione qua datur pro confessionibus vel ei facultatem praedicandi simpliciter degando.

16. Non prohibentur tamen Ordinarii in casibus particularibus et per exceptionem, quominus aliquem ad praedicandum, sine praevio examine de quo supra, admittant, dummodo aliis iisque certis argumentis de eius idoneitate constet.

17. Vetitum tamen absolute esto *diplomata*, ut aiunt, *praedicationis* subditis etiam propriis impertiri, vel subditis etiam propriis sed honoris titulo aut in aestimationis signum.

18. Servata, pro regularibus et religiosis exemptis, eorum Ordinariis facultate deputandi subditus, quos secundum regulas et constitutiones Ordinis noverint dignos et idoneos, conformiter tamen semper ad praescriptiones Codicis, can. 1338, ad praedicandum intra septa domus religiosae vel monasterii; si tamen destinare aliquem voverint ad conciones habendas in publicis ecclesiis, *non exclusis Ordinibus propriis*, tenentur illum coram diocesano loci Ordinario sistere ad examen subeundum iuxta superius disposita articulis 13, 14, 15,

CAPUT. III.

Quid in sacra praedicatione servandum sit vel vitandum.

19. Quoniam *sacra sancte tractanda sunt*, nemo praedicationem suscipiat quin digne ac proxime se praeparaverit studio simul et oratione.

20. Argumenta concionum sint essentialiter sacra (Cod. can. 1347). Quod si concionator alia argumenta trac-

tare voluerit non stricte sacra, semper tamen domui Dei convenientia, facultatem a loci Ordinario petere et obtinere debet; qui quidem Ordinarius eam numquam concedet nisi re mature considerata eiusque necessitate perspecta. Concionatoribus tamen omnibus de re politica in ecclesiis agere omnino et absolute sit vetitum.

21. Elogia funebria nemini recitare fas esto nisi praevio et explicito consensu Ordinarii, qui quidem, antequam consensum praebet, poterit etiam exigere ut sibi manuscriptum exhibeatur.

22. Concionator prae oculis semper habeat et in praxim deducat quae S. Hieronymus Nepotianno commendabat: *Divinas Scripturas saepius lege: imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur... Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit.* Studio autem Scripturarum sacrarum iungatur studium Patrum ac Doctorum Ecclesiae.

23. Citationes ac testimonia scriptorum aut auctorum prophanorum sobrietate summa adhibeantur, multoque magis dicta haereticorum, apostatarum et infidelium: nunquam vero personarum viventium auctoritates proferantur. Fides et christiana morum honestas non his egent adsertoribus ac defensoribus.

24. Concionator ne plausus auditorum aucupetur, sed quaerat unice animarum salutem et commendationem a Deo atque Ecclesia. *Docente te in ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur, Lacrymae auditorum laudes tuae sint* (Hieron. ad Nepotiam).

25. Usus, qui alicubi invaluit, ephemerides vel plagulas typis impressas adhibendi tum ad auditores aucupandos ante praedicationem, tum post predicationem ad

concionatoris meritum extollerendum reprobandum omnino est et damnandum, quovis id praetextu poni fiat. Curent Ordinarii, quantum poterint, ut ne id usuveniat.

26. Quoad actionem in concionando nil melius praescribi potest quam quod S. Hieronymus Nepotianum admonerat: *Nolo te declamatorem et rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum et sacramentorum Dei eruditissimum Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est... Nihil tam facile quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguae volubilitate decipere, quae quidquid non intelligit plus miratur.*

27. Quamobrem concionator tam in ratiocinatione quam in linguae usu sese communi auditorum captui accomodet; quoad vero actionem ac recitationem, eam observet modestiam et gravitatem, quae illi convenit qui pro Christo legatione fungitur.

28. Caveat item semper ac diligentissime ne sacram praedicationem in quaestum vertat, quaerendo quae sua sunt, non quae Iesu Christi; ne sit igitur *turpis lucri cupidus* nec vanae gloriolae lencinio se capi sinat.

Nunquam vero ex animo permittat excidere quod, secundum Evangelii et Apostolorum doctrinam et Sanctorum exempla, idem Hieronymus Nepotiano suggerebat: *Non confundant opera tua sermonem tuum; ne cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo haec quae dicis, ipse non facis?—Delicatus magister est qui, pleno ventre, de ieiuniis loquitur... Sacerdotis os, mens manusque concordent.*

CAPUT. IV.

Cui et quomodo interdicenda predicatio

29. Concionatores, qui praescriptiones superiori capite editas negligant, si emendationis spem praebent et graviter non offenderint, prima alterave vice ab Episcopo moneantur ac reprehendantur.

30. Si vero emendationem neglexerint aut graviter cum fidelium scandalo peccaverint, Episcopus, ad tramitem Codicis, can. 1340, § § 2 et 3.

a) si agatur de proprio subdito aut de religioso cui praedicandi facultatem ipse dederit, concessam facultatem, nullo hominum respectu aut ad tempus revocet aut omnino abroget;

b) si autem de sacerdote extradiocesano agatur vel de religioso cui non ipse *pagellam* impertiverit, praedicationem illi in dioecesi sua interdicit simulque de re moneat tam Ordinarium proprium quam eum qui *praedicationis pagellam* eidem concessit; in casibus autem gravioribus ne omittat ad S. Sedem referre;

c) poterit etiam Episcopus, imo et debet pro diversitate casuum, concionatore graviter peccante, coeptam praedicationem ipsi intercipere.

31. Interdici pariter praedicatione oportet, *salem ad tempus et pro aliquo loco*, quicumque aut pro sua vivendiratione aut quavis alia de causa, etsi inculpabiliter, publicam bonam existimationem amiserit, ita ut ministerium suum inutile vel damnosum evaserit.

32. Ordinarii dioecesani commissionem vigilantiae pro praedicatione unusquisque in sua dioecesi, instituent, quae iisdem sacerdotibus componi poterit ac commissio pro examine candidatorum.

33. Quia vero nec Episcopi nec commissio vigilantiae adesse ubique in dioecesi poterunt; quum agetur de praedicationibus maioris momenti in locis dissitis, Ordinarii exigent his desuper a Vicariis Foraneis vel a parochis informationes peculiare et tutas iuxta normas superius traditas.

CAPUT. V.

De praeparatione remota ad ministerium praedicationis.

34. Ordinari et Superiores religiosorum stricte obligantur proprios clericos ad sanctam salutaremque praedicationem ab ipsa iuvenili aetate formare studiorum tempore, tum ante tum post susceptum sacerdotium.

35. Curabunt igitur ut dicti clerici, dum sacrae theologiae dant operam, de variis praedicationum generibus doceantur; praeque manibus habeant et gusten exemplaria insignia quae in omni concionum genere Sancti Patres reliquerunt, praeter illa quae in sacris Evangeliiis, in Actibus et Epistolis Apostolorum ubique accesserunt.

36. Studebunt item Ordinarii ut iuvenes instituantur de actione et pronunciatione in concionibus servandis, ut eam deinde gravitatem, simplicitatem et concinnitatem praeseferant, quae nihil histrionem sapiat, sed verbo Dei conveniat, probetque concionantem pro animi persuasione et ex corde loqui sublimemque spectare finem, qui ministerio suo est praestitutus.

37. Haec dum in seminariis vel studiorum locis peragentur, Superiores scrutabuntur quod genus praedicationis singulorum alumnorum dispositione magis respondeat, ut deinde ea super re ad Ordinarium referant.

38. Initialem autem institutionem, quam clerici in seminariis vel in studiorum domibus habuerunt, Ordina-

rii, etiam pos sacros Ordines susceptos, perficiendam curabunt.

39 Quamobrem, iuxta informationes de unoquoque habitas, eos facilioribus primum ac humilioribus praedicationibus occupabunt et exercebunt, ut in tradenda pueris christiana catechesi, Evangelio breviter explicando, iisque similibus.

40. Poterunt demum Ordinarii suis clericis praescribere ut, aliquo annorum spatio, examen de praedicatione in curia quotannis subeant tam voce quam scripto, ea quidem methodo quae ipsis magis probabitur, conformiter scilicet ad praescriptiones Codicis pro examinibus annuis a clericis subeundis post sacerdotii susceptionem.

Ex. S. C. Consistoriali die 28 iunii, in pervigilio SS. App. Petri et Pauli anno 1917.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinem., *Secretarius*.

V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adessor*.

Ejercicios espirituales

El día 24 terminó la segunda tanda de los ejercicios espirituales que en el Seminario Conciliar de San Froilán se dieron para los Rvdos. Sres. Sacerdotes, bajo la dirección de los Rvdos. PP. Sautu y Valle S J Han sido edificantes la puntualidad y recogimiento observados por los ejercitantes. A esta tanda asistió el Ilmo. y Reverendísimo Sr. Obispo, quien después del solemne Te-Deum que se cantó el último día, en fervorosa plática les dió consejos y alientos para trabajar en el ministerio, buscando ante todo la salvación de las almas.

Suscripciones abiertas en el Obispado de León

Para el dinero de San Pedro

	<u>PTAS</u>	<u>Cts.</u>
El Arcipreste, Párroco de Riaño.....	5	00
El Teniente-Arcipreste, Párroco de Burón.....	5	00
El Arcipreste, Párroco de Almanza.....	5	60
El Arcipreste Párroco de Huelde.....	2	00
El Arcipreste, Párroco de Cifuentes de Rueda..	3	00
El Párroco de Quintanilla del Monte.....,	2	00
Doña Dolores Valdés, vecina de id.....	0	50
El Arcipreste, Párroco de Villalón.....	10	00

Para las Misiones de África

De Frama.....	4	00
De Palacio de Torío.....	2	50
De Matallana.....	2	00
De Villarrabé.....	3	00
De Barrio de las Ollas.....	1	00
El Párroco de Valle de las Casas.....	2	00
De Velilla de la Reina.....	12	65
El Párroco de San Miguel del Camino.....	1	00

(Se continuará)



**Asociación de Sufragios Mútuos del Clero
de la Diócesis**

Ha manifestado que desea pertenecer a la Asociación é
ingresa en ella.

Núm. 1568 —D. Antonio García González, con obliga-
ción de aplicar diez misas.

León 27 de Julio de 1917

Lic. Felipe García Alvarez,

PRO.-SECRETARIO.

NECROLOGIA

Núm. 12

El día 21 del actual mes falleció en la paz del Señor
el Rvdo. Sr. D. Mariano Santos González (q e. p. d.)
Beneficiado Sochantre 2.º de esta S. I. Catedral, a la edad
de 60 años y 30 de ministerio sacerdotal.

Pertenecía a la Asociación de Sufragios y tenía aplica-
das las Misas, por lo que los Asociados aplicarán por él la
Misa que dispone el Reglamento.

R. I. P.

El Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo ha concedido 50 días
de indulgencia a todos los que en sufragio del alma del
finado elevaren a Dios alguna oración o hicieren algún
acto de penitencia.

Bibliografía

PRINCIPIOS FUNDAMENTALES DE LA MÍSTICA, por el P. Jerónimo Scisdedos y Sanz, de la Compañía de Jesús.—Librería Religiosa: Aviños 20, Barcelona.

Con este título se acaba de publicar una importante obra en cinco tomos, de 292, 421, 639, 338 y 424 páginas, respectivamente, con copioso índice alfabético y de autores en la misma alegados.

No puede negarse la oportunidad de esta publicación en los tiempos presentes, por cuanto en ella se expone la excelencia de la alta sabiduría, tan contraria al positivismo imperante en la sociedad moderna; como quiera que nada hay más antitético a las tendencias del refinado materialismo que los grandes ideales de la Mística, bellísima imagen de la gloria.

Para exponer esta elevada ciencia, el autor ha consultado hasta donde le ha sido posible y sin perdonar trabajo ni desvelo alguno, casi todos los monumentos de la Antigüedad cristiana, acudiendo a las ediciones críticas de los Santos Padres y autores eclesiásticos. Y no contento con beber en esas fuentes primordiales, ha creído conveniente armonizar la Mística sabiduría con los principios inflexibles de la Teología escolástica, tal como la enseñaron los sabios de la Edad Media, señaladamente el Angel de las Escuelas, Santo Tomás de Aquino.

Mas como la ciencia teórica es incapaz de penetrar tan altos misterios, era preciso consultar las fuentes de la sabiduría mística experimental, principalmente las obras de Santa Teresa de Jesús y de San Juan de la Cruz; y así, en efecto, lo ha verificado también el autor, y no contentándose con las ediciones ordinarias, sino acudiendo a la novísima edición crítica de San Juan y a las fotolitográficas del Serafín de la Reforma carmelitana.

En una palabra, nótese en todo este libro un laudabilísimo empeño de condensar la ciencia sublime y trascendente que del santo Evangelio y de la veneranda Tradición logró sacar la más pura Patrística, acomodándola a todas las inteligencias por medio de la Filosofía cristiana.

Por último, no debe pasarse en silencio que, sin descuidar los fundamentos de la Ciencia sagrada, una gran parte de esta obra se dedica a exponer las opiniones de los modernos publicistas al inquirir la parte que corresponde a la

Mística dentro del plan soberano de la Providencia para la santificación y perfección de las almas.

El precio de venta de la obra es de 2 ptas. el tomo I y 3 ptas. los tomos II, III, IV y V.

OBRA NUEVA; DE ACTUALIDAD.—El presbítero Dr. D. Narciso Viñas Dausá, conocido autor del TESORO CANÓNICO PARROQUIAL, acaba de publicar el segundo tomo de su libro, que forma la parte *civil administrativa y comercial*. Esta nueva obra, en expresión de los señores Prelados y de la prensa, deben adquirirla los Sacerdotes, Párrocos, abogados, propietarios, etc., en la seguridad de hallar un libro que responda a todas sus consultas

Dirigirse a *D. Sebastián Prast, Balmes, 102, Barcelona.*

Tamaño 27×19. Precio: en rústica, 6 pesetas; en pasta, 8; correo certificado, 0'50.